



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetiis, 1608**

4 Quidquid lucri pecunia usuraria deperit, sitne restitutioni obnoxium

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

que negotiari potuisses. Ratio conclusio-  
nis huius quæ vllam habeat probabilitatē  
hæc vna est, quod postquā illa pecunia tue  
mancipata industriae tanti aestimatur: & al-  
ter sciens & prudens vult illā cum illo onc-  
re suscipere, videris tu posse de illo pretio  
pacisci. Et tunc S. Tho. sic interpretandus  
est, quod non licet id integrum suscipere, q-  
re futurum erat in actu: quia nondum est  
certum, ac multominus quantum poterat  
acrescere quoniam hoc minus habet cer-  
titudinis sed quantum est in habitu, puta  
in spe secundum coniecturalem pruden-  
tiam verisimili. Quamuis cui rationes no-  
stræ alienam persuaserint sententiam, opti-  
mo se iudicio tuebitur dicens nunquam lu-  
cū nisi in inuito proptie cessare. Et idcir-  
co argumenta in capite quæstionis propo-  
sita ille dissoluet cuiā ntererit.

ARTICVLVS IIII.

*Utrum quidquid lucri pecunia usuraria pe-  
perit sit restitutioni obnoxium.*

Post hæc sequitur sermo de usurarum re-  
stitutione. Et quia de illa ambigere ne-  
mo potest, quaritur amplius, an quidquid  
lucri pecunia usuraria peperit, sit restitu-  
tioni obnoxium? Et arguitur a parte affir-  
matina, secundum Paul. ad Rom. 11. Si ra-  
dix sancta, & rami, ergo à contrario sensu,  
si radix infecta, qualis est usuraria pecunia,  
& rami, puta eius lucri, ac perinde restituē-  
da. Secundo. Si fenerator sanebri pecunia  
possessionem aliquam emit, vendenda illa  
est, vt iubetur extra, de vsur. c. cum tu. vt de  
eius pretio pecunie usurarie restituantur,  
ergo æquali ratione debet & lucrum eius-  
dem pecunie domino reddi. Tertio fene-  
rator non plus iuris habet in lucrum, vsu-  
raria pecunia comparatum, quam in ipsa  
pecunia, sed illius pecunie nullum acquirit  
dominium, ergo nec lucri, ac subinde pari-  
tute tenetur illud domino refundere. In cō-  
trarium est ratio hæc. Id quod homo per  
suam propriam industriam nulla vetante  
lege acquisiuit, legitime possidet, continge-  
re autem potest, vt usurarius sua industria  
id acquirat, quod lex possidere non vetat:  
ergo illud non tenetur restituere.

De usurarum restitutione vt in fronte  
quæstionis dicebam, nemo dubitat, sed tan-  
quam certum relinquatur. Nihilominus  
quia eius ratio non nihil habet dubietatis,  
& de hoc quoque respondendum est. Trib.  
autem conclusionibus constabit respōso.  
Prima. Quidquid pretij ratione mutui per  
vsuram receptum fuerit manet restitutio-  
ni subditum. Conclusio iam supra art. 1. ex  
altera illa ta est, inde videlicet quod vsura  
est peccatum iniustitiæ commutatiuæ, eo  
quod illic vel pecuniabis venditur, vel se-  
mel vsus, qui seorsum nullius est pretij di-  
gnus. De lucro autem quod postmodū per  
pecuniam vel rem aliam vsurariam accre-  
scit, distinguendum est cum D. Th. Rerum  
namque vt dictum est, aliæ sunt, quarum  
vsus est ipsarum consumptio, qualis est fru-  
mentum, pecunia, &c. aliæ vero, quarum  
vsus non est earum consumptio, vt prædiū  
domus, & similia. Est ergo secunda conclu-  
sio. Quando res, quæ vsu consumuntur, per  
vsuram extorquetur, puta pecunia, grana,  
vinum, &c. tunc fenerator non tenetur re-  
stituere nisi tantum penitus, quantum ac-  
cepit cum damnis, si quæ alia dedit, & cum  
lucro, si quod alteri cesset. Fructus autē qui  
per easdem res sua industria accumulauit,  
liberi sūt a restitutione. Exorsisti a mutua  
ratio nile aureos per vsuram, quibus pos-  
sita industria tua centum adiecisti, mille tā-  
tum illi debes, ac insuper damna quæ tua  
causa accepit, & lucrū, si quod illi cessauit.  
Idem est si centum cados vini eripuisi, qui-  
bus venditis illos multiplicasti, centum in-  
quam tantum debes. Ratio est manifesta.  
Nullus dubet alteri, nisi quantum illi dam-  
ni dedit ergo qui mille tantum surripuit,  
simpla illa debet, nam quod illi per suā in-  
dustriam accreuit, non erat alterius. Simi-  
le dicendum nobis infra est de emptore,  
qui non cogitur emere vilitatem suam,  
sed venditoris damnum. Atque idem om-  
nino de depositario, qui si vsu depositæ  
pecunie alienæ lucretur, non debet nisi  
simplum depositum. Tertia conclusio. Si  
fenerator rem aliquam fructiferam per  
vsuram recepit, restituere eandem tenetur  
cum fructibus. Vt si recepit fundum,  
non solum ipsum, sed quotquot habuit  
fructus debet. Et si recepit domum, cu-  
ius locatione acquisiuit decem numos,  
eisdem una cum domo debet. Et ratio  
Soto, de iust. & iure. M m S Th.

Prima  
conclu.

Probō.

Secūda  
conclu.

Tertia  
conclu.

- S. Thom. est, quod rerum illarum quas fenerator per usuram acquisiuit, non est dominus sed dominium manet apud mutuatorem. Quapropter non feneratori sed alteri fructificant, veluti de pignore dictum est. Sed arguis. Nunquid non & usuraria pecunia dominium penes ipsum conferentem pariter manebat? cur ergo lucrum illarum non eidem debetur, sicut aliarum rerum fructus? Respondetur planissimum esse interstitium, quod res illae, quae usu consumuntur, steriles per se sunt, neque pariunt, & ideo quantum sint alienae, tam accedens lucrum totum debetur negotiantis industriae. Illae vero quae per se fructificant, domino fructificant. Quod si arguas. Si fenerator illa pecunia usuraria emerit fundum, teneatur ipsum cum fructibus restituere, si quidem cum alterius pecunia illum emerit, videtur perinde esse, ac si eundem fundum per usuram ab illo extorsisset, ergo eadem ratione teneatur restituere lucrum eiusdem usurariae pecuniae. Negatur antecedens. Immo fructus illius empti fundi sunt ipsius feneratoris ementis, ut puta faxe industriae debiti. Neque teneatur restituere nisi pecuniam veluti si depositarius aliena pecunia rus coemeret, non debet nisi pecuniam. At vero ut questio perspicatur fiat istarum conclusionum, ac postulatum primae ineluctus, examinanda est vetus illa quaestio, utrum per usurariam dationem transferatur dominium? Fuit enim opinio glossae illius textus Ambr. Si quis usuram 14. q. 4. quae id Adrian. afferuit. Cum qua consentit & Scot. in 4. distina 15. q. 2. art. 3. & Palud. ibidem, atque Henricus in q. de usuram. qui ait esse communem opinionem Canonistarum. Et citat in eandem sententiam Henricum Gaud. in quolibet 4. quaest. 27. Immo & D. Thom. in 4. distina 15. quaest. 2. artic. 4. Attamen S. Thom. non ait illic nisi quodam hoc dicere. Et ratio istius opinionis est, quod vnus quisque liberam habet potestatem donandi quod suum est mutuatarius autem libere donat, ergo dominium transfert. Quod si respondeas ut artic. 1. dictum est, non esse omnino liberam donationem, quia ab eo fit, qui necessitate compellitur, hoc non obstat, tum quod posset quis abique necessitate accipere ad usuram, tum etiam, quod auctus multo efficacius tollit uoluntariu,
- & tamen non oblate metu transferatur dominium, ut patet utroque iure, nempe ca. Abbas. de his quae ui met. caus. si. & l. metus ff. cod. licet detur repetitio, & tales contractus sine in irrimo reuocandi. Quinetiam contractus matrimonij si metus non sit cadens in constantem uirum, tenet. Et conuenat Arist. sententia 3. Ethic. de matrimonio mercatore, qui metu abijcit merces. Vbi licet inuoluntarij quidpiam admittum insit, est nihilominus abiectio simpliciter ipsa. Item mutuatarius non ultratio pecuniam tanquam in depositum, uel in pignus, neque per locationem, quibus contractibus non transfertur dominium, sed uere dat pro mutuo, ergo transfert dominium. Praeterea, si non transferret dominium, sequeretur quod omnes contractus quos postea usurarius illa pecunia conficeret, essent casti, perinde ac si latro p cunia furto sublata illos faceret. Ideoque quod unquam usurario panem uel uinum uendere, aut rem aliam, teneatur restituere pretium uero domino. His tamen non obstantibus opinio negatiua est indubie uera. Quam quidem opi. expr. se hic tenet S. Thom. in ultimis uerbis articuli, ubi ait fructus rei per usuram extorta, eo fore restituendos, quo qui eam dedit, est eiusdem rei dominus. Quod nihil aliud, quam cauillus, dicere, quod licet rerum usu non conumpibilem non transferatur dominium transferatur tamen pecuniae. Eadem quippe est utrobique ratio. Quare D. Tho. in solutione tertij idem adstruit de pecunia. Ob idque non debuisset Adrian. eum citare in suam sententiam, neque uero omnes iuris doctores. Nam & unus eorum, Syl. in uerb. usura. 6. dicit opin. S. Tho. teneri communiter a doctoribus. Sed mos ipsorum est de hoc etiam ratio euenire, quoniam sit opi. communis. Et ideo parum deeserere debet illud suum uerbis, omnes Opinione autem S. Tho. conditio amplexi sunt antiqui patres, ut Alex. 3. p. q. 66. membro 4. & Aluissiodorensis 3. p. tract. 21. q. 1. & Rich. in 4. dist. 15. q. 4. an 5. Et Caetera. quoli. 1. fecit de hoc quaestio nem tertiam. Atqui ut rationes sententiae huius eluceant, supponendum est, quod nuda traditio rei non est certum signum traditionis dominij. Sic enim habet. ff. de ac. re. dom. l. Numquam nuda traditio enim transfert dominium, sed ita, si uenditio aut

iusta causa præcesserit, propter quã tradi-  
 tio sequeretur. Hoc supposito arguitur sic.  
 Si per usurarium solutionem dominium  
 transferetur, vel hoc esset rigore legis vel  
 arbitrio voluntatis solventis, quia non est  
 alia via transferendi, lege autem non trãs-  
 ferretur, cum lex omnis talem contractum  
 veter, voluntatem vero solventis, iam di-  
 ctum est non conitare per hoc, quod volu-  
 tate pecuniã tradidit. Supponimus enim  
 nõ dare ratione amicitie mere gratis, hoc  
 enim extra propositum est, sed ratione cõ-  
 tractus mutui, contractus autem hic transla-  
 tionem non indicat, virore quo vñs pecu-  
 niarum emittit, qui nullo est scorum pretio  
 æstimabilis, ergo nullum est convincens ar-  
 gumentum, quod voluntas solventis sit do-  
 minium transferre. Cum ergo nemo præ-  
 sumatur donare nisi planis documentis cõ-  
 stet, sit vt nulla fiat illie dominij transmis-  
 sio. eo potissimũ, quod in huiusmodi tradi-  
 tionibus, quæ plenam non habent volun-  
 tate, quam minima excogitari potest, ere-  
 denda est alienatio. Quod si excquiras, cur  
 ergo mutuatarius dat postquam (vt supra  
 argutum est) neq. dat in depositum, neq. in  
 pignus? Respondetur eo dare, quia aliter  
 non potest extorquere mutuũ. Et si vigeas  
 ergo decipit hominem, negatur consequẽ-  
 tia, imo speratur seipsum seducit. Nã post  
 quam accipit quod non debet, ipse viderit  
 quomodo recipit, illa enim traditio nõ ha-  
 bet peculiarius nomen, quam datio usuraria.  
 Et est non dissimile exemplum de illo  
 qui in naufragio eicit merces in mare, nõ  
 enim ideo dominium ab se illarum abdi-  
 cat. Quare si vndarum postmodum impe-  
 tu rejiciantur in sicam, sui etiam tũc sunt  
 eius. Secundo pressius. Omnes (illi etiam  
 qui sunt partis aduersar) fatentur quod si fe-  
 nerator loco usurarum extorsit aruum, teneat  
 idem vti ait S. Tho. cum fructibus restituere,  
 huius autem causa alia reddi nequit,  
 quam illa S. Tho. scilicet quod eius domi-  
 nium semper manet apud eum, qui dedit.  
 Nam si prædium vere esset feneratoris, li-  
 cet iniuste extorsisset, fructificaret sibi, neq.  
 amplius teneretur quam prædium resti-  
 tuere. Quod si dicas, debere illos ratione  
 moris, quia aliter impediatur, tunc sequeretur,  
 quod si mutuatarius non deberet ar-  
 gum colere nihil fructum deberetur ei,  
 quod est falsum. Præterea tertio arguitur,

Cum leges omnes vsuris recipiendis recla-  
 ment, quantum fieri potest, denegandum  
 est vsuratio ius. si autem ei dominium con-  
 cedatur, periculo exponitur restitutio nam  
 si vera est illa donatio, posset, quodammo-  
 do vsurarius tergiverbati, negans teneri se  
 restitutionis ligamine, saltẽ quousq. aliter  
 petat. Ad hæc insuper quarto loco accedit,  
 quod solent leges dominium translatio-  
 nem impedire in donationibus quæ sunt  
 pro re turpi, & iniuriota, vt si des Assafino  
 vt hominem occidat, aut corrupendo iu-  
 dici, aut simoniace, quia res illa non est v-  
 dibilis. Cum ergo vñs mutuatarius pecuniã  
 scorum nullius sit preiij, signum est, leges  
 illius contractus prohibitorices, translatio-  
 nem dominij impedire. Mutuatarius au-  
 tem, qui dat non ratione amicitie, sed ra-  
 tione mutui, nunquam intendit aliter da-  
 re quam iura permittunt. Atque huc for-  
 san spectat ratio Aluissiodorensis, inde pro-  
 bantis non posse mutuatarium ratione talis  
 conventionis donare, quia à Deo prohi-  
 betur, scilicet per leges naturæ ac diuinas  
 contractum improbantem. Postremum au-  
 tem egomet mihi argumentum excogito.  
 Si vsurarius vsurarium pecuniã esset do-  
 minus consequens fieret, vt si haberet cre-  
 ditores alios antiquiores, quibus non per  
 vsuras debitor erat, & postea as alienum,  
 per vsuras contraheret, neque haberet alia  
 bona nisi illa vsuraria, prius deberet solue-  
 re antiquioribus. Nam si illa bona vere  
 sunt illius, re vera antiquius debitum præ-  
 ferendum est, & tamen hoc nemo conce-  
 dit. Ratio ergo cur vsuratum dominis faci-  
 enda est prius restitutio, non est alia, quã  
 quod vsurarius non acquirit earum domi-  
 nium. Primo igitur argo in contrarium  
 conceditur, illam esse causam, cur non trãs-  
 feretur dominium, quia scilicet illic non  
 est libera donatio, sed datio propter vsuram  
 mutuatæ pecuniarum, quæ nihil valet. Neque  
 referi (vt supra artic. 1. dictum est) si vsura-  
 rius stricta necessitate compulsus petat, an  
 suo obsequatur animo, satis enim est, quod  
 postquam constituit mutuum petere, com-  
 pellitur dare, quia aliter obtinere non po-  
 test. Atque idem respondemus de donatione  
 per metum facta. Nam cum spontanea  
 non sit, non est cur dominium in alterum  
 transmittat. Neque iura contrarium vol-  
 unt, immo hoc plane ipsum docent, dum

Quarta  
caus.

Postre-  
maroau-  
toris.

Ad pri-  
mũ arg-  
partis ad-  
uersar.

M m 2 scilicet

scilicet sanciant, eiusmodi donationes nō esse irritandas, sed vt irritas declarandas. Fatemur quidem, si latronis metu iures illi quidpiam largiri, teneri de ratione iuri, sed tamen cum tradideris, minime dominium traducis. Quid autē si mutuatarius,

Dubitatio.

Solutio.

id feneratoris exigentē dicat, se suam pecuniam cum dominio tradere? Respondetur quod si nō det ratione meræ amicitia, sed mutui causa, quidquid dicat & iuret, non intelligitur dominium trahere, quia iura prohibent, secus autē de matrimonio, vbi si metus non est cadens in constantem virum, eo sit consensus legitimus, quod cura talem metum nemo debet seipsum tradere, tamq. tæcō nodo illigare. Secundum autem argumentum solutum est. Sed tertium, an videlicet usurarius possit per vsuras ac-

Ad secū dū arg.

quisita eo vigore alienare, vt eius contractus sint validi, paulo inferius commodius tractabitur.

Ad primū arg. princiale.

Per hæc ergo respondetur argumenta in capite quōnis proposita. Ad auctoritatē enim Pauli dicendum, quod radices qualitas seu bona seu mala, propterea redundat in ramos, & habeat rationē effectivis causæ: pecunia vero usuraria non est nisi sola materia industria, & ideo licet ipsa sit restitutioni obnoxia, non tamen eius lucrum. Et simili ratione respondetur ad secundū.

Ad secū dū arg.

Possessiones namq. fœnebræ pecunia emptæ suæ ementis sunt, sibiq. fructificant, sunt tamen obligatæ usurarum debitis. Et ideo eum tu iubentur vendi, si alioqui solvendo non sit fenerator. Ex quo sequitur q. eiusdem c. text. non intellexisse. Elicit enim inde, quod res usuraria pecunia emptæ, sunt restituendæ, cum tamen textus non hoc dixerit, sed quod sunt vendendæ, & refert q. plurimum. Nam cum possessiones illæ in dominio sint feneratoris, si plus valent quam fuerat usuraria pecunia, ille excessus vt hic S. Th. docet, non alterius, a quo pecuniā extorsit. Sed suus qui emerat, est. Nisi forsan ratione vel damni emergentis vel cessantis lucri aliquid ei deberetur. Itē si eadem essent restituendæ, & fructus, quæ earum deberent, cum illis refundi, quod est falsum. Longissime ergo differt res esse debitis obligatas, & easdem esse restituendas. Atque inde liquet tertij responso, quo arguebatur non habere feneratori plus iuris in rem emptam, quam in

Ad tertium arg.

pecuniam ipsam. Falsum enim est, quippe cum ratione industriae ius habeat in rem, quod in pecuniam non habeat. Et per hæc dissolvitur alia questio. Vtrum scilicet omnia bona usurarij sint subdita restitutioni, nam super eo. c. Cum tu aliqui affirmant (vt Panorm. refert) alij vero negant, vt Panorm. ipse & Io. Andr. dicentes quod illa quæ per vsuram sunt extorta, obligata manent, reliqua vero legitime acquisita, minime, quia nullum ius inquirunt, id præcipit. At vero S. Th. in eadem solutione secundi, non modo illa quæ usuraria pecunia emptæ sūt, verum omnia affirmat esse obligata. Distinguedum ergo est. Primum enim triplicia sunt usurarij bona. Illa scilicet quæ velut usurarium pretium acquisita sunt, & ea quæ pecunia usuraria fuerunt emptæ, & præter hæc alia, si quæ legitima hæreditate, vel via quavis licita possidet.

Rursum obligatio altera est personalis, scilicet quæ ex persona descendit in possessiones, alia vero realis, quæ ratione rei ligat personam. Res ergo primi ordinis, puta quæ vsu non consumuntur, vsura vel furto sublatæ, obligatione reali manent restitutioni obnoxia, quippe quæ eodē numero reddenda sunt eo quod dominium fixum permanet penes primū possessorem. Quocirca obligatio hæc quocunque cum res ipsa commigrat nempe siue vendatur, siue obnoxia nentur, siue iure hereditario possideantur, obligatur possidens eadem res ratione rei acceptæ restituere vero domino. Sed si alie res siue usuraria pecunia emptæ, siue legitime ab usurario acquisitæ, v. g. sunt patrimonialia. Et hæc non sunt obligationi reali restitutioni subdita, sed personalis. Nam fenerator usurarium ac per vsuras contrahens, sit restioni obnoxius, & ratione ipsius cuncta quæ possidet. Et est laissima differentia, quod hæc personalis obligatio non transit perinde atq. realis cum rebus, sed statim in illos, qui loco personæ succedunt. Exempli gratia. Si usurarius vendat suum patrimonium, quando alia bona habeat quibus vsuras restitueret, post vero in patrimonium lapsus restituere nō potest, illi emptores liberi sunt a restitutione. Nā bona quæ emerunt, verā erant feneratoris. At vero si vita defunctus aliqua reliquit bonis, siue illa, quæ per vsuras acquisita sunt, siue aliud legitimum, etiam si vsuraria sub-

Modere  
tio / in  
commu  
na.

Vedio  
falsā ab  
usurario  
valida  
est secū  
dum ius  
naturæ.

trâ substantiam totam perdidit, hæredes tenentur paternas vsuras soluere ratione obligationis, non quidem realis, sed personalis, quia succedunt loco defuncti. Ex his iam gradum facere possumus ad fœneratoris contractus, vt examinemus quinam sint validi, qui verò minime, quod quoddam superiori a gumto exquirebatur. Enimvero si vsurarius dominium nõ acquirat, consequens fieri videtur, vt nullatenus possit vsuraria bona vilo contractu abalienare. Ad hoc in primis per distinctionem illam superius posita respõdetur. Res quippe vsu consumptibiles in pretium vsurarie mutationis recepte, alienari nequaquam ab vsuario possunt. esset namq; alienatio irrita, quandoquidem nunquam in vnum ius venerunt. De alijs, puta que vsu consumuntur, alia est ratio. Enimvero si vsurarius etiã si illas alienauerit, alia habet bona, quibus restituat, contractus alienationis, siue gratuito siant, siue oneroso vinculo, tenet; quoniam non est necesse, vt eadem numero restituantur. Si autem nihil prorsus habet, nisi quod per vsuras contraxit, imò licet illa que habet, nõ sint vsuraria, sed legitima bona, que tamen debitorum summam non exuperant, tunc vniuersale fermè Doctorum responsum est, omnes eius contractus esse irritos, quia omnia illa bona sunt debitis obligata vel obligatione reali, si sũt prioris generis, vel personali, si sunt posterioris quia persona est restituere obligata. At verò tam vniuersalem sententiam, nisi cum certo moderamine, non mihi videor satis probare: Etenim si sit gratuitus contractus v.g. donationis, planum est nõ valere, quoniam tunc donatum illud ab vsurarium debitis eximitur. Si autem sit onerosus tũc distinguam, nam si per illum nihil vsurarius recipit quod debitoribus soluat fateor simili casum esse, vt si filiam dõtarer, quia non sibi ad iustum superest quantum debet. Atq; idem censendum, si stipendia famulis persoluat, eius victualia emat, que certum est ab ipso consumenda fore. Vide ergo quantum sit periculum cum vsurarijs atq; alijs, qui creduntur non alia bona possidere, quam illicitè acquisita, huiusmodi contractus inire. Si tamen vëdat, dummodo id non fiat in fraudẽ, arbitror sũt ius naturæ contractum firmum esse, emptoremq; in conscientia nullatenus teneri in restitutionem, nõ

venditor etsi rem vendidit, pretium tamẽ recepit, quare nihilominus in bonis her. & pot ex illo pretio soluere usurarum debita, sicut poterat ex te ipsa. Itaque ad irritandũ contractum, eo conijciendus est oculus, vtum per ipsum usurarij subã minor fiat, quam que soluendis debitis sufficit. Et patet hoc modo nõ nostra. Fac vsurariũ non ampliorẽ hęc pecuniam, q̃ est sui as alieni, si tunc illi uendo meũ fundũ, contractus est firmus, quia tũ habet in rebus, quãtura habebat in numis. Si ergo iterum ego eundem fundum eodem numo redimam, cur contractus eadem ratione non sit solidus? Ius quidem ciuile forsan, quia fraudẽ præsumet, illum rescindet, sed tamen illo seculo non est cur cõscientiã remordeat. Hinc proptinus facilis est descensus ad fœneratorum hæredes. Ad illos enim non tũ obligatio realis deriuatur, verum & personalis defuncti. Non solum, inquam, dum in hereditate res eadem permanent, que ueluti pretium usurarum acquisitæ fuerant, tenentur easdem propter obligationem realem, que cum ipsis migrat, dñis referre, verum et si nihil illarum supersit, sed tũ defunctus aliquid unde debita soluuntur, in alijs legitimis bonis reliquerit, tenentur restituere quidquid ille debebat, propter personalem obligationem, eo quod eius loco subrogatur, tenentur inquam in conscientia, si bona debitorum summam adæquent. Alioquin satis est, si totam hereditatem restituant. In foro autem exteriori, si hereditatem acceptarent, cogentur in totum, nisi forsan scriptorum præcisẽ bonorũ se hæredes pronuntiasent. Reliqua iam demum sit dubitandi rō, utrum hæredum singuli in solidum teneantur, an duntaxat p̃ quota assis. Sunt enim & de hoc inter iuris Doctores placita diuersa. Et Syluest. arbitrat in verb. Vsur. 6. §. 1. o. se satis r̃ndisse, quod secundũ illam opt. que tenet oĩa bona usurarij esse obligata usurarum debiti, vnus quilibet tenet in solidum, si uero non sunt obligata, quilibet tenetur pro rata. At uerò distinctio hæc parum ad rem facit. Nã, ut supra monstratũ est, cuncta usurarij bona obligata manent, siue reali siue personali obligatione. Et iõ sic potius censendũ, q̃ res illa, que p̃ pretium fuerunt usurarum, a quouis hæredum possideantur, reddendg sunt domino. Et tunc ceteri cohæredes te-  
Soto, de Iust. & Iu. Mm 3. ncn.

De hæredib. fœneratorum.

Syluest. Satis sit dubitationi p̃posita.

Moderato in iura communia.

Videtur facta ab vsuario valida sicut in fraudẽ, arbitror sũt ius naturæ contractum firmum esse, emptoremq; in conscientia nullatenus teneri in restitutionem, nõ

Quæstio  
altera.

Primū  
fundamētum.

Secūdū.

nentur illi refundere pro ratione suæ portionis. Si autem sint alia bona, arbitror neminem teneri, nisi pro quota assis: ut qui hæres fuit ex femise, teneatur ad vsurariū medietate, & qui ex triente, de tertia, & ceteri similiter de sua cuiusque portione. Et ratio est, quia personalis obligatio non transit in hæreses, nisi ratione hereditatis: ob idque obligatio disperitur secundum portionem hereditatis cuiusque. Et hoc fuerit, etiam si bona illa vsuraria pecunia fuerint empta. Et hæc de restitutione eorum quæ per realem vsuram acquiruntur. Restat autem de vsura mentali respondere, utrum obliget ad restitutionem, vt c. consuluit de vsur. definiuit. Urban. 3. Et in primis ex superioribus constitutum supponamus, vsuram mentalem esse, quādo etiam nullo præcedente pacto aliquid superatur ratione mutui recipiendū. Nam quando duntaxat ratione benevolentie speratur, nunquam contrahitur vsura cōtagium: siue illa sit principalis intentio, siue secus. Hoc namque iam supra satis nō solo testimonio s. Tho. sed clara ratione monstratum est. Secundō supponendum est, vsuram mentalem, licet semper peccatum sit cordis, nunquam tamen obligare ad restitutionem, nisi dum re vera sublequitur vsuræ receptio. Quinimō etsi pactum interueniat & mutuator iniquè cōcedat vsuras exprimere, nisi recipiat, nulla emergit restituendi obligatio: quia nihil debetur, nisi Deo in satisfactionem pro culpa. Igitur consuluit. vbi restituitur iubeatur vsuræ mentalis, hoc pacto intelligendū est. At verò nondum per hæc satis liquet eiusdem tex. intellectus. Haud enim desunt qui censent mentalem vsuram neminem restitutionis vinculo in nodare, nisi eū, qui prauam suam mentem alteri insinauerit. Imò Scot. in 4. dist. 15. q. 2. art. 2. id videtur sentire. At n. quòd animus sine vilo pacto verbali, vel alio signo equiualeenti ostendēte debitori, q. mutuas non mutaret sine spe lucri, non facit illum recipientem sine pacto habere alienū: & ideo nō tenetur ad restitutionem. Et eiusdem sententiæ apparet esse Richar. eadem dist. art. 5. q. 5. ut puta si vsurarius, vt habetur in eo. ca. parabolum iuramenti, hoc est chirographum debiti reddere recuset, quousq. aliquid ultra sōnē ei supererogetur. Et facere pro Sco-

Scot.

Richar.

Motiuū.

Scot.

to videtur Gregor. in Registro. Et habetur. i. q. 2. c. sic. vbi ait, eius oblatio, scilicet mutuatori, nulla culpe maculam ingerit, quæ nō ex ambientis petitione peccat. Porro autem hæc opinio, vt apud auctores iacet, nulla probabilitate viget. Nam qui prauitatem sui propositi insinuat, nō mentales, sed reales vsurarij cōfendi sunt. Quōdoquidem licet pactū non ineant exprēsum, insinuat tamē tacite, Quare in d. c. consuluit. scorsum mentalis vsurarius tenetur ab eo qui mentem suam illo modo significat. Item ratio est manifesta vt etiam legali significatione vsura obliget ad restitutionem, nam quamuis tuam auarā mentem celes, tamen dum scis alterum ratione mutui tibi dare, tunc plane intelligis donationem illi non esse liberam donationem, sed fieri pro illo, quod nō est pretio dignū, ac perinde rationes alienum inuito domino. Vt ergo res hæc luce de pateat, notū est quatuor modis posse contingere receptionem mutuatori à mutuario. Primo si mutuator intēdat ratione benevolentie recipere, eodemq. modo recipiat, tunc n. planum est nullum constari vsuræ peccatum abest, vt illa exigatur restitutio. Secundo: si intendit recipere causa mutui, & re vera ita recipit, & hoc, licet nullum interueniat pactum, neq. intentionis significatus, extra controuersiam, peccatum est restitutioni obnoxium, tum propter rationem proximè factam, tum quia expressa est determinatio dict. c. consuluit. Vnum tamen offendit me dubium circa capituli verba. Habentur namque ibidem hæc si non aliter mutuo esset traditurus. Ex quibus verbis omnes colligunt, quod intentio secundaria vsuræ non obligat ad restōnem, sed duntaxat primaria & principalis, videlicet si tu non mutuas nisi ob hmodi spē, & intentionem, nam si etiam sine illa mutuas, aut hoc licere, quia hoc est finitum, vt auit oculos habere ad lucrum. At tamen profectō intelligere hoc non possum. Enimvero quāuis sine tali spe mutuas, ita vt hec tua non sit principalis intentio, vt postea dum recipis, noueris alterum tibi dare obnoxium mutui, profectō recipere tibi non licet. Sed esset peccatum nexu te implicans restituēdi, quia recipis quod neq. est tuum, neq. ille gratis dat. Quare non aliter peccatio secundariā intentionem capituli, excusant.

Hab. Panor. Gloss. Ratio p. teine opinio. n. Aucto. ri iudi. cum.

mutuam à restitutione, quam dum nullo modo mutuo, ut ratione mutui aliquid recipiam, sed gratis licet cognatio obrepit, quod mutuarius superogabit mihi aliquid, quod tamen ego sum certus non recipere nisi gratis contuleri. Alioqui quamuis secundaria intentio esset recipiendi rationem mutui, esset delictum cordis. Tertio modo potest sic lucrum contingere, quod fenerator non putat se recipere ultra sortem ratione mutui, sed forte ratione benevolentiae, nihilominus alter dat mutui causa. Et tunc fortasse quipiam censeret nullam emergere restitutionis obligationem, quia illa intentio nullum fuit peccatum. Nihilominus discernenda, moderandaque est hæc sententia, nam quando iste reciderit accepisse ratione benevolentiae, & à culpa & à restitutione est liber. Atamen cum primum reciderit mutuarius non dedisse nisi ratione mutui, tenetur sub reatu peccati, mortalis reddere. Et ratio est, quod iam inde agnoscit non fuisse gratuitam donationem. At verò quia obligatio non nascitur ratione acceptio- nis, sed ratione rei acceptæ, non tenetur restituere, nisi id quod illius possidet, vel quo factus fuit ditor. Itaque si quod bona fide contempserit, putans esse suum non debet. Quarto modo contingere potest, quod mutuator corruptam habuit intentionem, sed tamen alter non est largitus nisi gratis ex liberalitate. Et de isto membro sunt opiniones diversæ. Nam Hosti. & Lanor. in c. consalut. de vsur. & gl. in c. si. de simonia. & Ioan. And. in Mexur. regul. pactum affirmant obligationem inde exurgere restituendi. Et ratio eorum est, quod cum illa intentio sit peccatum, receptionem vitiat, ac perinde quid recipitur, restitutionis debito amplexum est. Et intelligunt etiam, dum constiterit alterum dedisse benevole. Nam dicunt quod restitutio tunc non est faciendi illi, postquam gratis dedit, sed pauperibus ratione peccati. Nihilominus in hac opinione nihil prorsus probabilis inest res enim est clara. De peccato inquam in primis cogitationis, nulla est dubitatio. Secundo, neque de hoc ambigendum, quin quamdiu mutuator habeat conscientiam, alterum ratione mutui dedisse, teneatur ad restitutionem non quidem simpliciter, sed ratione erratis con-

sciencie, pro eo quod putat se retinere alienum. Et hætenus rectè dicunt prædicti auctores. Atamen quod à parte rei teneatur fallum est. Et ideo ubi constiterit alterum non dedisse ratione mutui, sed gratiis quamquam deprauatissima intentione illud receperit, nullo implicatur restituendi modo. Et hoc manifestè probatur: Restituendi obligatio ex nulla alia insurgit causa, quam ex dano alteri dato: hoc enim nomen ipsum aperit. Est enim restituere, alterum in suum ius statuere, quâdo verò mutuarius ob metam benevolentiam quidpiam cõfert, nullum accipit dânum, nec depulsum est à iure suo, ergo alter nihil ei debet. Nam lucrum quod fenerator acquirit, restitutionem nõ inducit, alias quod donatum tibi est, reddere obligaberis. Deinde arguitur: Dum ego rem meam ab altero eripio, quam arbitror esse suam, est tunc cor de futurum committam, tamen si postea mihi innotescat, re esse meam, nullo restitutionis reatu teneor. Imò verò quâuis sua ipsius fuisset, si postmodum notum mihi faceret donum mihi dedisse, profecto religatus essem iugo restituendi, par autè ratio est in proposito illi ergo mutuatorio nihil debebatur. Si autem illi nihil debetur, multominus pauperibus. Restitutio nanque: ut iam supra dictum est, non cedit in ius pauperum, nisi vel quando copiâ creditorum haberi non potest, vel quando datio ipsa iure condemnatur, ut simonia, datio autem illa beneuola nullatenus est prohibita. Dicere autem quod mala intentio sit digna illa pœna, ut vsurarius elemosynam egenis eroget, profecto nullo sulcamento connititur. Ex his ergo collige solâ receptionem ratione mutui, atque omne in vniuersum, siue intentio primaria fuerit, siue accidentaria obligare, ad restitutionem. Igitur quando dixit Grego. oblationem mutuarius non ingerere culpa maculam, si ex feneratoris peccatione non procefferit, intellexit, quod non impinguit eisdem feneratori labem, si neque petit, neque sit in pretium sibi propter mutuum repedi, nam dum sciens & prudens illa causa recipit, eodem recidit, ac si peteret. Et sic gloufare debet Scotum, qui eius susceperit patrociniûm. Porro verò postremum hic dubium dissimulandum nõ est, quippe quod multorum ingenia torquet: Videtur

Ratio dicti.

Rationaliter ad idem.

Corollarium ad motiû Scoti.

Dubiû.

Hosti.  
Lanor.  
Gloss.  
Ratio p  
tenet  
opinio  
nu.  
Aucto  
ri iedi  
cium.





ARTICVLVS II.

Virum liceat mutuo pecuniam accipere sub vfura.

QVid dare mutuum ad vfuras, peccatū sit, & mutuatarius causam eidem malo dare videatur, merito subinde interrogatur, vtrum liceat mutuo pecuniam accipere sub vfura. Arguitur enim a parte negatiua: Pari iure condemnat Apostolus ad Roman. i. eos qui malefactoribus consentiunt, atque ipsos qui malefaciunt, qui aut mutuum sub vfura accipiunt, non solum vfurario crimini consentiunt, verum & occasionē præbet, ac perinde scandalum dat, ergo vnde de quaque peccat. Secundo. Si hoc genus necessitas acceptionem excusaret, sequeret & excusare quoque posse, vt quis pecuniā suam in deposito penes vfurarium colloca- ret. Nā equalis esse posset necessitas; hoc autē a crimine nullatenus excusatur, nā perinde esset atque gladium furioso committere, aut impudico virginem, ergo neque licitum est mutuum sub fœnoris vinculo suscipere. In contrarium autem est Philosoph. Ethic. vbi docet iniuriam pati, non esse delictum, sed facere; mutuator autem iniustitiam irrogat petenti mutuum, si eum fœnore mordicat, alter vero tantum patitur. A quæst. duabus conclusionibus respondetur. Prior est; Eum, qui paratus non est fœnori dare, nemini licet inducere, vt fœnoret. Posterior; Ab eo qui paratus est fœnoro mutuarē, licitum est mutuari sub fœnore. Ambæ simul conclusiones una binè bri ratione comprobantur. Inducere quæpiam ad malum, nemini licet. Præcipuum enim genus cooperandi ad malum, est ad illud mouere, & excitare. Cum ergo fœnori malum sit, nemini in tale propositum, quod ipse nō habebat, conijcere potest. At tamē vti alterius peccato in bonum, nihil absurdū habet, nam & Deo hoc est in vfura. Vti n. peccatis nostris in bonū, ut in Enchirid. disertè docet Augu. Vnde idē sacer auctor ad Publicolā, qui utitur, inquit fide illius, qui per falsos deos iurat, non ad malum, sed ad bonum, non peccato illius se sociat, quo per dæmonia iurauit, sed factio eius bono, quo fidem seruauit, si tñ inducere eum ad iurandum per falsos Deos peccaret. Subiungit D. Tho. Exēplū Hier. 41. de.

Primū argum.

Secūda.

Aristot.

Prima conclus. Secūda.

Ratio vtriusq. conclus.

Augu.

acceptionis, vel rei acceptæ exurgat, si acceptio nulla fuit culpa, & res apud ministrum non manet, omnis cessat obligatio. Verum tamen crimen est tam apertum, vt neminem possit ignorantia in totum excusare: nisi forsitan in nonnullis casibus, quorum sunt grauium Doctorum opiniones diuersæ. Tunc enim quem conscientia in contrarium nō remoueret, auscultare Doctoribus poterit, qui bonæ sunt auctoritatis. Præter hos nominatos sunt alij administri, qui propriè non censentur esse causæ; veluti famuli, qui pecunias portant & seruant. Erat, verbi gratia mutuatarius solutus: mittit fœneciator per famulum ad petendam, & tradit alteri ad custodiendū, illi non propriè sunt causæ, neque restituere tenentur. Imò credo neque emanantes, qui in commentarios rationes dati & accepti referunt. Nam isti tantum memoria subferunt. A vero de publico scriba, cuius instrumentum fidem facit paulò sanè maior est dubitandi ratio. Nam ille publica fide pactum firmat, quod vera est vfurae causæ. Et ideo saluberrimum esset consilium, talia pacta non subsignare. Immo, si vigore illius instrumenti postea alter condemnaretur, non esse tabellio immunis a restitutionis debito: quamuis cum tales vfurariæ lites non admittantur in forum, non tantum inde imminet periculum: nisi tabellio fraudem sciens, instrumentum vfurarium sub iacita nequitia subsignaret. Vt si mutuum erat mille ducatorum, & centum vfurarium, fidem faceret mutuatarium mutuo recepisse mille, & centum, tunc enim reus est restituendi. Reliqua, quæ de restitutione adhiberi hic possunt, non sunt hoc genus restitutioni propria, sed alijs simul communia. Teneat enim vfurarius de damnis, quæ mutuatarius propter vfurarias solutiones accipit. Item fieri potest vfuratum recompen- satio. Vt si ego a te eundem vfurarium numerum recepi, quem tu ex me per similem iniuriam extorceras neuter restat alterius debitor. Immo cap. quia frustra, de vfuris, non permittitur ille, qui vfuras soluit, repetere antequam ipse quas accepit persoluat. Ad hæc si neque creditoris copia, neque hæredum hæberi potest, pauperibus faciendā est restitutio: vt Alexan. statuit, cap. cum tu, de vfuris.